



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Desideria audita. 63

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

spatio, facile duorum curricu-
lum confecisse: tantis illum cal-
caribus acer instituti fodiebat.
Sed neque his tamen compen-
dijs animum satiarat: eamque
ob rem offensus quantalacum-
que mora, cupiebat in isto Se-
minario Vestem, qua Societas
vtitur, indui; & forinsecus talis
iam agnosci, qualem animo se
ferebat. cum verò audisset. In
eiusmodi vestitu, iuuenem no-
bilem ceteris deridiculo fore;
respondit, vel eo se nomine au-
dius desiderare.

LXIII. Desideria audita.

E Nim verò, quod valens ille
vegetusque tam citò nequie-
rat, ager ac propè moriens im-
petrauit. Quamuis autem inter-
prima statim morbi initia, vali-
dis precibus id ipsum egerit; Vi-
sum

sum tamen etiam tum, (quod nihil adhuc crederent subesse periculi) adolescentem differre, dum recuperato vigore, scholas legitimè, quas debebat, emitteretur. Sed rebus plùs nimio prosperantibus, maturanda consilia fuere; & mos adolescenti gerendus, vt vltima eius postulata ad Mutium Vitelleſcum, Societati vniuerſæ Præpoſitum Generalem deferrentur; Qui cùm eius ingenium morèſque dudum, & per ſe ipſe, & ex alijs, cognouiſſet; copiam ei fecit, vt inter Societatis tirones adlectus, veſtémque indutus, & votis tribus ex more ſuſceptis, in filium cooptaretur. Perſato ad ægrum hoc nuntio, quantis inceſſerit lætitijs teſtabuntur illi, qui præſentem & gaudio triumphantem,

con-

con
grat
Pat
ad r
cij
incu
LXI
D
locu
tur.
Euc
mè
trun
cete
ligi
mul
nun
per
bera
grat
gau

conspexere. Certè enim cùm gratias vberes, humanissimo Patri, per internuntios egisset; ad meditantiam obtenti beneficij magnitudinem totus deinde incubuit.

LXIV. In Societatem admissio.

Die postero, id est, nonis Quintilibus, valetudinarij locus, in sacelli speciem exornatur. ibi cùm allatam in Viaticū Eucharistiam ager religiosissimè adorasset; circumstante Patrum corona, exorsus est ipse, ceteris altum silentibus, tria Religionis vota, ex societatis formula, verbis conceptis clarisque nuncupare: interiore affectu, per omnes corporis sensus exuberante: vt nemo adstantium gratulantiumq; se tenuerit, quin gaudio fluentibus oculis id spectata-